

ΑΝΤΑΛΛΑΓΗ ΒΙΛΛΑΝΩΝ

Χάνδακας, 1291, 11 Ιουλίου

«*Iacobus de Vigoncia fecit concambium cum Francisco de Molino de villano, cui dedit unum suum villanum nomine Caluci Cavalari filium Stephani Cavalari cum omnibus suis villanis filiis magnis et parvis; et predictus Franciscus dedit eidem Iacobo unum suum villanum nomine Foca Corde filium Coste Corde cum omnibus filiis suis magnis et parvis, salva in omnibus ratione omnium. Iuraverunt quod hoc non fecerunt in fraude.*

*Actum consenciente domino Hermolao Iusto duca Crete et suo consilio, anno MCCLXXXI, mense iulii, die XI intrante, indicione IIIa*»<sup>30</sup>.

ΕΓΓΡΑΦΗ ΥΠΟΘΗΚΗΣ ΣΕ ΠΡΟΙΚΩΔ ΑΚΙΝΗΤΑ.

ΓΙΑ ΤΗΝ ΕΞΑΣΦΑΛΙΣΗ ΤΟΥΣ Ο ΣΥΖΥΓΟΣ ΥΠΟΘΗΚΕΥΕΙ ΑΣΤΙΚΟ ΑΚΙΝΗΤΟ ΙΔΙΟΚΤΗΣΙΑΣ ΤΟΥ

Χάνδακας, 1357, 20 Νοεμβρίου

«*De consensu et voluntate magnifici domini Phylippi Aurio honorabilis duche Crete suique consilii nobilis vir Petrus Quirino ultrascriptus, cui obligata erat ultrascripta cavalaria dimidia de Borea pro yperperis in Creta currentibus quingentis, prout apparet serius per duas scripturas notatas in sequenti folio, fuit contentus et voluit quod Andreola uxor providi viri Andree de Firmo cancellarii Crete habeat de cetero tale ius et regressum in cavalaria dimidia suprascripta, quale habebat dictus Petrus Quirino vigore predictarum obligationum in tantum quantum sunt yperpera quingenta in Creta currentia, que dictus Petrus habuit et recepit de ratione repromisse ipsius Andreaole. Unde suprascripta dimidia cavalaria remanet et est obligata pro securitate et pignore dictorum yperperorum quingentorum, que sunt pro parte repromisse predictae, eo modo et forma quibus erat hactenus obligata eidem Petro Quirino; pro residuo vero dicte repromisse obligata est quedam possessio seu domus dicti cancellarii, posita in civitate Candide, sibi scripta in catastico borgesiarum; et de predictis omnibus contenti fuerant Andreas et Angelus de Vigontia fratres quibus dicta cavalaria dimidia scripta et catasticata est, et Nicolota de Vigontia mater eorum.*

*Actum anno Domini MCCCLVII, mense novembris, die XX, indicione undecima, manu Dominici Grimani notarii et scribe palatii Candide*»<sup>31</sup>.

20

1230-1416. Νοταριακά και διοικητικά έγγραφα, δικαστικές αποφάσεις της κρητικής Αυθεντίας, κανονισμός λειτουργίας διοικητικών και δικαστικών οργάνων, συνθήκη ειρήνης. Βενετία, Κύθηρα, Μυλοπόταμος, Ρέθυμνο, Σητεία, Χάνδακας, Χανιά [λ, ι].

30. τ. Β', σ. 312, αρ. 565.

31. τ. Β', σσ. 166-167, αρ. 288.

E. Gerland (ed.), *Das Archiv des Herzogs von Kandia im Königl. Staatsarchiv zu Venedig*, Strassburg 1899, σσ. 44-59, αρ. I.1-I.7· σσ. 59-74, αρ. II.1-II.8· σσ. 61-62, αρ. 2<sup>32</sup>· σσ. 68-69, αρ. 3<sup>33</sup>· σσ. 74-76, αρ. e, f.1-5· σσ. 76-81, αρ. III.α.1-III.α.4· σσ. 82-84, αρ. IIIb-d· σσ. 91-114, αρ. IV.1-IV<sup>34</sup>· σσ. 115-126, αρ. V.1.-V.4<sup>35</sup>.

«ΚΑΠΙΤΟΥΛΑΡΙΑ» ΓΙΑ ΤΟΥΣ ΔΙΚΑΣΤΕΣ ΤΩΝ «PROSOPH» ΤΟΥ ΧΑΝΔΑΚΑ

«Capitularium prosoporum

1. *Iuro ad euangelia sancta dei, quod omnibus petentibus rationem tam de Grecis quam de Iudeis rationem faciam bona fide et sine fraude. Amicum non iunabo nec inimico nocebo per fraudem.*
2. *Item omnes sententias, quas ego proferam cum socii[s] meis, ipsas iuxta formam statuti Uenetiarum dabo et proferam, et si aliqua questio apparuerit, de qua in statuto non fiat mentio, et in ipso inuenietur aliquod simile, iudicare et precedere debeo de simili ad simile. Et si simile non reperietur, iudicare et procedere debeo ad sententiam iuxta bonam consuetudinem approbatam. Et si consuetudo non reperiretur, procedam et iudicabo secundum meam bonam conscientiam. Excepto de ratione repromissarum, de quibus procedere et iudicare debeo iuxta usum Grecorum. Nullam quoque sententiam dilatabo per fraudem. ....*
4. *Item omnes denaros, qui peruenerint ad manus meas de caratis uel aliis rationibus, siue pignora, que pertineant comuni, ponere debeo in capsulam unam,*

32. Επαναδημοσίευση στο Πανοπούλου, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σ. 317, αρ. 5. Πρβλ. σχετ. λήμμα 73, του παρόντος.

33. Για την ελληνική εκδοχή του πληρεξουσίου βλ. σχετ. Παπαρρήγα-Αρτεμιάδη, Αρναούτογλου, Χατζάκης, *Περίγραμμο*, λήμμα 3.

34. Πρόκειται για την πρώτη έκδοση αποσπασμάτων από τα καπιτουλάρια της Κρήτης, τα οποία σε πιο ολοκληρωμένη μορφή έχουν επαναδημοσιευτεί στο E. Barbaro, *Legislazione Veneta. I capitolari di Candia*, Venezia 1940. Πρβλ. σχετ. λήμμα 112 του παρόντος.

35. Το κείμενο της συνθήκης των βενετικών αρχών με τον Αλέξιο Καλλέργη έχει τύχει πολλών δημοσιεύσεων: Cornelius Flaminio, *Creta Sacra sive de episcopis utriusque ritus graeci et latini in insula Cretae*, Venetiis 1755, τ. II, σσ. 293-296 (πρβλ. σχετ. λήμμα 10α του παρόντος)· Σ. Ξανθουδίδης, «Συνθήκη μεταξύ τῆς Ἑνετικῆς Δημοκρατίας καὶ Ἀλεξίου Καλλιέργου», *Ἀθηνᾶ* 14 (1902), σσ. 300-331· Κ. Μέρτζιος, «Ἡ συνθήκη Ἑνετῶν-Καλλιέργη καὶ οἱ συνοδεύοντες αὐτὴν κατάλογοι», *KX* 3 (1949), σσ. 264-290 (πρβλ. σχετ. λήμμα 53 του παρόντος)· Γάσπαρης, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 166-170, αρ. 24 (πρβλ. σχετ. λήμμα 8 του παρόντος). Για την ελληνική εκδοχή της συνθήκης του Αλέξiou Καλλιέργη βλ. σχετ. Γκίνης, *Περίγραμμο*, λήμμα 9 καὶ Παπαρρήγα-Αρτεμιάδη, Αρναούτογλου, Χατζάκης, *Περίγραμμο*, λήμμα 3. Πρβλ. ἐπίσης Σ. Θεοτόκης, «Αἱ συνέπειαι τῆς συνθήκης τοῦ 1299 μεταξύ Ἑνετίας καὶ Ἀ. Καλλιέργη», *Πρακτικὰ Ἀκαδημίας Ἀθηνῶν* 5 (1930), 455-460· Γ. Γρυντάκης, «Ἡ συνθήκη τοῦ Αλεξίου Καλλιέργη», *Κρητολογικά Γράμματα* 15/16 (1999-2000), 35-50.

*de qua quilibet prosopus habeat unam clauim, et non possum recipere aliquem denarum pertinentem comuni de officio, nisi simul cum duobus meis sociis uel cum uno...»<sup>36</sup>.*

ΣΥΝΘΗΚΗ ΕΙΡΗΝΗΣ ΜΕΤΑΞΥ ΤΗΣ ΚΡΗΤΙΚΗΣ ΑΥΘΕΝΤΙΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΑΡΧΗΓΟΥ ΤΗΣ ΕΠΑΝΑΣΤΑΣΗΣ ΑΛΕΞΙΟΥ ΚΑΛΛΕΡΓΗ

Χάνδακας, 1299, 3 Απριλίου

*«In nomine dei eterni amen. Anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi milesimo ducentesimo nonagesimo nono mense Aprilis die tertia exeunte indicione duodecima Candide insule Crete ...*

*Idirco nos, (Uitalis Micha)el, de mandato domini ducis Uenetiarum duca Crete, cum nostro consilio, et successoribus nostris notum facimus uniuersis, quia cum tu, Alexi Calergi, antiquo suadente hoste, discordie amatore, diu domino nostro duci rebellis fuisses et nunc (auctore pa)cis faciente ad ipsius domini nostri ducis precepta rediens et nostra te promississes in fidelitate prefati domini nostri ducis, nostra et successorum nostrorum perpetuo permanere, recipimus te Alexium Calergium ad ipsius domini nostri ducis beniuolentiam et gratiam specialem atque nostram, remit(t)entes tibi et sequacibus tuis omnibus, qui sunt in insula Crete, ac Michaeli Curtacio et omnibus aliis cuiuscunque condicionis sint, omnes offensas tam tempore pacis quam guerre hinc retro factas et dictas quocumque modo e forma a quibuscunque personis. Et ut de fideli fidelior habearis et occasionem semper bene operandi possis habere ut speramus, damus, concedimus et restituimus tibi omnia feuda, que habebas in hac insula in principio huius guerre ante tuam rebellionem cum omnibus suis habentiis et pertinentiis ac villanis. ...*

*7. Item uolumus, quod tu habeas libertatem dandi feuda et equos, que et quos tibi superius concessimus, cuicunque uolueris. ...*

*11. Item quod tu et omnes, qui fuerunt rebelles, possitis facere parentelas cum Latinis.*

*17. Item uolumus, quod qui est Feudatus, sit Feudatus, et qui est Arcondus sit Arcondus, et qui est Archondopolus debeat esse Arcondopolus, et qui est Uasmulus, debeat esse Uasmulus, et qui est Latinus, debeat esse Latinus et haberi Latinus. ...*

*27. Item si aliquis plantauerit uineam uel arbores supra te[r]ram alterius, habeat dominus terre medietatem et aliam medietatem illi, qui plantauerunt, laborando semper ipsam ille, qui plantauit.*

*28. Item si aliquis fecisset molendinum supra terram alterius, quod nunquam fuisset factum, debeat habere medietatem dominus terre et aliam medietatem ille, qui fecit molendinum. ...*

*Tu uero iurasti fidelitatem domino nostro duci Uenetiarum, nobis et successoribus nostris imperpetuum et de obediendis preceptis suprascripti domini nostri ducis, nostris et successorum nostrorum et amicos Uenetiarum pro amicis habere (et) inimicos Uenetiarum-pro inimicis. Et si aliquid, quod sit contra honorem domini nostri ducis, nostrum et successorum nostrorum et bonum statum huius insule Crete, scieris uel tractari cognoueris,*

36. σσ. 98-100, αρ. IV.

*absque mora dabis operam cum effectum turbandi et impediendi illud toto tuo posse. Et quam cito poteris, id nobis et successoribus nostris in notitiam dabis. ...*

*In cuius rei euidencia et perpetua firmitate presens scriptum fieri fecimus et sigillo nostro pendente iussimus co[m]iuniri in eo propriis manibus subscribentes.*

† *Ego uitalis michael ducha crete manu mea subscripsi.*

† *Ego marco delfino consiliarius crete manu mea subscripsi.*

*Ego Gerdus uido presbiter ecclesie sancti uitalis notarius et capellanus suprascripti domini duche compleui et roborauī*<sup>37</sup>.

## 21

1233. Παπικός αφορισμός. Άνδρος, Ρώμη [λ].

J.-R. L o e n e r t z, «Marino Dandolo, seigneur d'Andros et son conflit avec l'évêque Jean (1225-1238)», *OCP* 25 (1959), σσ. 180-181.

## 22

1233-1239. Διατάγματα των Φράγκων βασιλέων της Κύπρου. Λευκωσία [λ, γ].

J. M o n t e, «A Register of the Cartulary of the Cathedral of Santa Sophia of Nicosia», *Byzantion* 5 (1929), σσ. 492-499, αρ. 38, 39, 43, 45<sup>38</sup>.

ΠΩΛΗΣΗ ΧΩΡΙΟΥ ΜΕ ΤΗΝ ΑΔΕΙΑ ΤΟΥ ΒΑΣΙΛΕΑ ΤΗΣ ΚΥΠΡΟΥ

Λευκωσία, Δεκέμβριος 1233

«*De emptione prestatie vocate Timios Stauros.*

*In nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Ego Henricus, Dei gratia rex Cipri, Notum facio tam presentibus quam futuris quod Balduinus de Morfo meo home ligius in mea presentia constitutus consensu meo et voluntate et auctoritate mea, vendidit, cessit et tradidit venerabili patri domino Eustorgio Nicosiensi Archiepiscopo nomine ecclesie Nicosie, precio bisanciorum mille octingentorum alborum, quandam prestriam sitam in territorio Nicosie, que Temios Stauros vulgariter appellatur, cum omnibus terries cultis et incultis, domesticis atque silvestribus, planis, et montanis, arboribus, vineis, agris, nemoribus pascuis, domibus, furnis, molendinis et aquis, et cum omnibus rebus et iuribus et rationibus eidem pristrie pertinentibus, et cum omnibus suis pertinentiis et divisis. Item terram eidem prestrie contiguam quam Almaricus de Bethsan concessit Balduino de Morfo superius memorato. Predictam itaque prestriam et prefatam terram cum omnibus et singulis supradictis concedo et confirmo eidem Domino Archiepiscopo et eius successoribus in perpetuum possidendas*

37. σσ. 121-126, αρ. V.4.

38. Τα έγγραφα των σσ. 492-499, έχουν επαναδημοσιευτεί στο N. Coureas, C. Schabel (eds), *The Cartulary of the Cathedral of holy Wisdom of Nicosia*, Nicosia 1997, αρ. 50, 53, 54, 59. Πρβλ. σχετ. λήμμα 4 του παρόντος.